



EX LIBRIS
ILLVSTRISSIMI VIRI,
DN. DAN. LVDOLPHI,
LIB. BAR. de DANCKELMANN,
S. REG. MAI. BORVSS. CONSILIARII
STATVS INTIMI, cetera,
BIBLIOTHECÆ ACAD. FRIDERICIANÆ
TESTAMENTO RELICTIS.

Ab. 52. j

I. N. J.
DISPUTATIO XVI.
**SELECTARUM
THESIUM
JURIS CERTI & CON-
TROVERSI**

Ex Tit. J. d. V. O. & seqq. usque ad 22.
Lib. 3. ijsq; Titulis π. C. Just. Theod. Libb:
βασιλικ. & Ἱ. respondentibus.

Quam

PRÆSIDE

**JOHANNNE CHRISTO-
PHORO Volk/**

J. U. D. & P. P. Ordin.

LAURENTIUS Behrendt/

Insterb. Prusf.

RESPONDENS

publicè defendet

IN AUDITORIO MAJORI

A. cl. l. c. LXXXI.

**REGIOMONTI,
PRÆLO REUSNERIANO.**



VIRIS

*Nobilissimo, Excellentissimo, Experientissimo
atq; Doctissimo*

DOMINO

GEORGIO LOTHO,

Phil. & Med. D. Profesori Publ. Primario
Amplisf. Senatus Academici Regiom. & Facult.
Med. Seniori Venerando.

ut &

Prænobili & Amplissimo

DOMINO

ALBERTO PEGAU,

Camerae Electoralis Vice-Magistro & Inspe-
ctori Redituum ex Præfecturis Kiauten, Car-
schau, optimè merenti.

Nec non

Nobili, longo rerum Usu Clarissimo,

Spectatissimo

DOMINO

JOH: CASPARO Dörffern/

Ærarii Elect: Secretario Fidelissimo, Ca-
mera Asfessori maxime Conspicuo.

Patronis ac Promotoribus submissè colendis,

Specimen hoc in Promotionem sui
offert

LAURENTIUS Behrendt.



Itulo j. d. V. O. & seqq. usque ad 22. *inclusivè*
 Lib. III. respondent π. Lib. 45. T. 1. 2. 3. Lib. 46.
 Tit. 1. 5. 6. 7. 8. C. J. L. II. Tit. 22. Lib. IV. T. 30.
 Lib. V. T. 15. 57. Lib. VIII. Tit. 38. 39. 40. 41. C.
 Th. L. 3. T. 15. Libb: βασιλ. 26. T. 1. 2. 3. ✕. Lib.
 3. T. 22.

II. Continetur in his Titulis (1.) Secundus Contractus nomi-
 natus *Verbalis* nempe seu *Stipulatio* quæ definitur & dividitur ratio-
 ne formæ materiæ t. t. d. V. O. t. t. π. eod. t. t. π. d. Evid. & Dupl. Sti-
 pul. t. t. C. J. d. contrab. & comm. Stipul. nec non ratione causæ Effi-
 cientis t. t. j. π. & C. J. d. duob. Re. stip. & prom. t. t. j. & π. d. Stip.
 Serv. t. t. j. d. div. Stip. t. t. π. d. prat. Stip. Rem pupill vel adolesc. Ju-
 dicat. Solv. Rem rat. hab. βασιλ. t. t. d. Constit. pec. & duob. Re: prom:
 Vitia quoq; stipulationum explicantur t. t. j. & C. J. d. Inutil. stip.
 (2.) Tertius Contractus nominatus qui est Literarum Obligatio t. t.
 j. d. Lit. Oblig. t. t. C. J. d. non numer. pecun. (3.) Fidejussio quæ o-
 mni Obligatiōni accedere potest t. t. j. π. C. J. & ✕ d. Fidej. t. t.
 βασιλ. Ut Creditores prius conveniant principales & secundo loco se
 hi solv. non s. t. t. C. J. d. Fidej. min. d. Fidej. Tut. t. t. C. J. & Theod.
 Ne Fidej. vel mand. Dot. dent.

III. *Stipulationis* varias derivationes, variæ pepererunt ra-
 tiones. Varro lib. 4. de Ling. lat. stipulationem à stipe i. e. modico
 ære deducit, quia modicum æs in eam deducitur l. ager 27. π. d. V. S.
 quæ originatio si vera est, eam *Wisfenbach. Diss. 26. θ. 1. ad π.* natales
 suos Græciæ debere existimat à Græco σῦφεν adstringere, σείβεν
 condensare unde Latinum stipare, & inde stipes atq; hinc porro sti-
 pulatio. *Hottom. Comm. verb. jur. verb. stipulatio.* Sed *Isidorus*
Hispalensis Episcopus stipulationem derivat à stipula l. 5. *Origin.*
c. 24. Veteres enim inquit quando sibi aliquid promittebant, stipu-
lam tenentes frangebant, quam iterum jungentes sponsiones suas a-
gnoscebant. Sed nullo in eam rem citatò authore. Authore *Paulo*
 eiq; suffragente *Justiniano* dicta est à stipulo *Paulus* lib. 5. sent. tit. 7.
 pr. j. d. V. O. quod Veteres firmum appellaverunt: quò sensu *Ca-*
tellianus Cotta in memorabilib. verb. stipulum id vocis apud Latinos

A

Autho.

Authores reperiri negat. Ex hac tamen *derivatione* hanc q. an *stipulatio etiam per se sola subsistat, & valeat, etiamsi ei non subsit causa?* decidi posse putat *Antonius Matthæus j. Diss. 15. §. 3.* quoniam à *stipulo* venit, i. e. firmandarum aliarum obligationum causa inventa *l. 5. §. conventionales π. d. V. O.*: ideo per se stipulationem nusquam consistere dicit sed aliarum ubiqve obligationum fulcimentum & Accessionem esse oportere. Huic rationi alii Dd. adjiunt sequentes; (1.) quia stipulatio est generalis Contractus quæ super variis etiam injustis causis interponi potest, nullam habens determinatam & propriam nativam, quam habent alii Contractus ut proinde non immerito de causa ex quâ stipulatio interposita est constare debeat: cum hic ipse finis sit, cui introducta est stipulatio, ut aliis obligationibus adhibeatur, quæ in se se internam & propriam causam habent. (2.) adducitur *l. 2. §. circa 3. d. Dol. mal. Except.* ubi sine causa stipulatus, si agat, Exceptione doli removetur. (3.) facit *l. 1. §. 1. π. d. Pollicit.* ex quâ non tenetur qui sine causâ pollicitatus est. (4.) Citatur *l. 7. §. Sed cum nulla 4. π. d. pact.* ubi negatur nasci Actio si nulla subsit causa, eoqve Jus nostrum non videtur approbasse & Actionem dedisse ex stipulatu ob hoc solum, quod quis promisit, sed quod ex causâ aliâ quid promisit (5.) Allegatur *l. 1. in pr. d. Cond. sin. caus.* ubi ei Condictio datur qui sine causâ promisit, quam restringendam esse putant ad casum, quò quis promisit ex causa quam per errorem subesse putavit, vel quæ causa postea cessavit. (6.) Non absurdè hanc consequentiam senectere putant ex *l. non solum 44. §. fin. de pecul.* Si solius Domini scripturæ habetur fides causâ expressâ sequitur à contrario sensu non sufficere simpliciter adscriptum esse, quod Servus ipsi debeat: quod argumento est, nec simplicem promissionem sine causa alicujus fore momenti. (7.) Adducitur *l. Si stipulatus 15. d. V. O. l. 25. §. ult. d. Condict. Indeb.* juxta quam cautio in discretè scripta, quæ non habet adscriptam causam nullius est autoritatis *l. 25. d. Cond. Indeb.* juxta quam non procedit Actio, quâ quis simpliciter intendit pecuniam deberi, quod falsum esset, si simplex promissio sine ullâ causâ sufficeret. (8.) Si nuda traditio non sufficit sine causa ad transferendum dominium *l. nunquam 31. d. Acquir. rer. dom.* neq; sufficit simplex promissio ad inducendam efficacem obligationem, neq;
enim

enim plus operari debet promissio, quam traditio: & siquidem sufficiet simpliciter promississe, ut efficax Actio detur, etiam & magis sufficiet sine alia precedenti causa tradidisse. Sed hæ rationes tanti non sunt momenti, ut nos à contrariâ sententiâ arripiendâ dimoveant. Et quod *Antonii Matthæi* argumentum attinet, illud nequaquam procedit quando in ipsâ *Etymologia* verbi datur aliquis excessus in aliquo: quod potest contingere *tribus modis*, vel quia *Etymologia excedit nomen Etymologiatum* sic Episcopi dicuntur quasi Superintendentes seu Visitatores, Exploratores ac custodes, sed multi alii ab Episcopis sunt Superintendentes Visitatores Exploratores seu custodes: vel quia *exceditur à nomine* ut Privilegium dicitur Lex privatorum, & tamen privilegium potest esse Lex aliorum in Dignitate existentium. *Exceditur à nomine Etymologia quoq; & excedit.* Exceditur à nomine *Etymologia* Regis sumptò à Regnò sub quò includuntur omnes regimen quocunq; modò habentes. Augusti nomine sumptò prò omni qui aliquid auget. Pontificis nomine sumpto pro omni eò, qui quasi morum pontem facit. Excedit vero. *Etymologia* nomen quando Rex à regendo dicitur, quia multi qui non sunt Reges regunt, sic etiam multi non existentes Imperatores imperant, multi non existentes Augusti augent, multi non existentes Pontifices quasi morum pontem faciunt *Nicol. Everhard. in loc. arg. legal. 4. n. 10.* Sed in hoc *Etymologiato* datur aliquis excessus *Stipulatio* dicitur à *stipulo* i. e. firmo, Ergo non tantùm Verborum obligatio sed etiam alii Contractus firmi sunt. Verum nequaquam conclusio illa inferri potest, quia *stipulatio* à *stipulo* i. e. firmo derivatur Ergo tantùm aliarum obligationum firmandarum causâ inventa est. Sed *JCTus Paulus* hoc vult: Stipulationes esse firmitatem verborum obligationum. *Obligatio enim Verborum à stipulatione* differt tanquam à sua causa causatum, stipulatio est causa, obligationes verborum sunt causatum *pr. j. d. V. O.* Eadem facilitate solvi quoq; possunt argumenta *Gomez l. 2. var. Resol. cap. 9. n. 3. Cujac. in parat. C. d. contrab. & committ. stip. Govian. lib. 1. var. lect. c. 34. Hottom. 6. o. 19. Giphon. ad pr. j. d. V. O. Treutl. 2. Dissp. 27. lit. H. in fin. Bachov. ibi.*

IV. Quod (1.) argumentum concernit, certum est nullibi in jure nostro reperiri quod obligatio aliqua in Verborum obligatione

sit necessaria ita ut in fidejussione & pignore, certum quoque est hunc Contractum Verbalem tum quoad causam efficientem, objectum & subjectum habile nec non quoad finem propriam suam habere Naturam, certum quoque est hunc Contractum, ita ut reliqui re consensu literis &c. perficiuntur, verbis perfici, inde manifestum est, stipulationem adeo generalem non esse ut super causis injustis interponi queat, vel semper aliis obligationibus accedere debeat. Nam si stipulatio ex debito vel obligatione aliqua substrata debet subsistere, stipulationem usurarum in strictis judiciis quoque oportet habere ejusmodi substratam obligationem ad minimum naturalem, At stipulatio usurarum nullam prorsus substratam habet obligationem, ne naturalem quidem, in strictis enim judiciis usurae tum demum etsi indebitae non repetuntur, si pactum de usuris interpositum sit *l. 3. in fin. C. d. Usur.* quia pactum parit obligationem naturalem, exceptionem *l. 7. §. 5. 6. π. d. Pact.* Obligatio autem naturalis Conditionem impedit *l. 10. d. O. & A.* Cum vero Exceptio praesupponat Regulam *l. 18. d. Test.* colligi potest, si pactum nullum ad sit de usuris, eas solutas repeti posse ut indebitas *l. 102. §. 1. π. d. Sol. l. 18. d. Usur.* si non fuerint imputatae in sortem de quibus loquitur *l. 26. pr. d. Cond. Indeb.* (2.) quoad *l. 2. §. circa 3. d. dol. mal. Exc.* ait ipse *Bachovius d. l.* hunc textum cum *Gomesio & Gæddeo* non male explicari posse de causa, quam promissor per errorem subesse putavit. *l. 1. §. 1. π. d. Pollicit.* satisfacit *Responsio Gædd.* pollicitationem non esse Contractum, nec obstat pollicitationem Reip. factam eam vim habere quam stipulatio inter privatos contracta, quia non pollicitatio sine causa sed cui causa subest Contractibus aequiparatur, quare a pollicitatione sine causa non licet ad Contractus argumentari eoque modo etiam (3.) ad *l. 7. §. 4. π. d. pact.* distinguitur recte inter pactum & Contractum Verbalem. Nec merentur discussionem quae ex *l. 1. in pr. d. Condiēt. fin. caus. l. non solum 44. §. fin. d. pecul. l. si stipulatus 15. d. V. O. l. 25. §. ult. d. Cond. Indeb. & l. 31. π. d. Acq. R. D.* objiciuntur cum nec ex verbis nec mente praedictarum Legum inferri queat stipulationes seu Verborum obligationes aliarum obligationum tantum esse fulcimentum. *Emanuel Soarez in addit. ad Gom. d. l. c. 9. Gædd. c. 3. d. contrab. & comm. stip. conclus. 5. c. 5. concl. 2. n. 6. 7. 8. 9. Arum. D. 2. Riem. Decad. 10. d. 1.*

V. Omnes

V. Omnes Contractus *verbis* fieri possunt, sed *verba* apud Juris consultos alia sunt *vulgaria*, quæ nuda propriè dicuntur: alia *directa* quæ eadem certa solennia, concepta passim dicuntur. In Contractu Empti Locati Mandati Societatis mutui Depositi, Commodati & pignoris summus est verborum usus: sed illa verba nuda seu *vulgaria* & *popularia* sunt. Verbis certis & directis Testamenta olim fiebant *l. quoniam 15. C. d. Testam.* Præter hæc JCTI certas quasdam formulas instituerunt, quæ solennibus verbis constabant, quæ nimirum interrogatione & responsione certis concepta verbis absolvebantur *l. Si stipulor 35. §. 1. π. d. V. O.* hæc verborum conceptio est stipulatio *l. 5. §. 1. d. t.* quanquam stipulatio verbis concepta etiam scribi potuerit, quod ex Plauti loco in Mil. Glorios. constat. Mil. *habes tabellas Paras. Vis rogare? habeo & stylum* ut & ex *l. Juris Gentium 7. §. quod ferè D. d. pact. l. & uno 18. D. d. Accept.* Licebat etiam sine scriptura stipulationem contrahere adhibitis scil. Testibus Cic. prò Comœd. *Stipulatus es? ubi? quò tempore? quò presente? quis spondisse hic dicit? nemo.* Item *Hæc pecunia necesse est aut data, aut expensa lata, aut stipulata sit, datam non esse Fannius confiterur expensam latam non esse Codices Fannii confirmant: stipulatam non esse taciturnitas testium concedit.* Sunt qui dicunt *verba solennia*, quæ interveniunt in stipulationibus esse, *Symbola* quædam, *σμβολα* sunt veluti in Testamentis æs & libra quæ dicis causa adhibentur, ut adfirmuletur Emptio, & in Testium rogationibus aurium attrectationes; Solebant enim aures tangere, ut rei gestæ attenderent & meminissent. Auris memoriæ consecrata est, ut frons genio, digiti Minervæ, genua misericordiæ, manuum porrectiones deferendis honoribus, alapæ & circumductiones manumissionibus *l. ult. C. d. Emanc. lib.* erectio crucis vel rotæ mero imperio, fasces consulari dignitati, secures dictatoriæ potestati, traditio clavium possessionis translationi &c. *Verba* vero non sunt *symbola*, nisi *allegorica*. Stipulationum verba non sunt allegorica, ideò minus rectè sentiunt qui dicunt stipulationum verba esse *symbola*, nam ex symbolis rei quæ agitur substantia non consistit. At stipulationis substantia in verbis consistit, unde fit ut mutus surdus re, literis, consensu obligari possit, verbis vero nequeat: quia verba stipulationum contrahentes loqui atq; exaudire debent. *Cujac. ad Tit. π. d. V. O.*

VI. Stipulationes pro diversitate causarum diversae sunt. A causa efficiente aliae sunt conventionales quae libera Voluntate privatorum interponuntur, aliae judiciales quae auctoritate iudicis verbo in genere sumpto constituuntur, & hujus officio vel nobili quae sunt praetoriae & aedilitiae, vel mercenario quod subservit Actioni, in quo Judex dicitur pedaneus, quae sunt in specie judiciales vel utroque quae sunt communes. Ab objecto aliae stipulationes sunt dandi aliae faciendi, aliae sunt certae quae plerumque de rebus non tamen omnibus, aliae incertae quae de factis interponuntur. A forma aliae sunt pure aliae mixtae, aliae copulae aliae alternatae. Ad praetorias quae ex praetoris Edicto fiunt referuntur proprio nomine cautionales. Hujusmodi est illa, quae est de damno, datur Actio Legis Aquiliae velut factum, ei etiam competit Actio ex Stipulatu. Ejusmodi etiam Actio est stipulatio Legatorum, ut nimirum cui Actio datur ex Testamento, eidem ex Stipulatione illa competat Actio ex Stipulatu talis quoque Stipulatio est Rem Pupilli Salvam fore, ut ei, cui competit Tutelae Actio, praeter eam competat etiam Actio ex Stipulatu. Ad judiciales referatur cautio de dolo vel persequendo Servo, ut eum adeptus restituat, aut pretium praestet *l. Si a bono 21. D. d. R. V.* Communium genus quae & Praetoris & Iudicis jussu & officio interponuntur ad species & exempla subjecta relatum non est Synonymum sed *ways ev* magis. Itaque cum ex potiori & eo quod est regulare res aestimanda sit, & cautio rem pupilli salvam fore & de rato in jure & jussu Praetoris qui constituit Tutorem & iudicem dat, regulariter interponuntur, non incongrue ut in exemplis cautionalium dictum est potuissent ad Stipulationes praetorias referri, quae non nisi singulari casu pertinent ad officium iudicis pedanei. Et illa rem pupilli salvam fore, si in iudicio incidenter controversia pupillaris inciderit: Vel si debitor conventus a Tutore antequam solvat, ut tanto securior sit, hanc cautionem a Tutore exegerit. Quae cum non adeo exacte expenderit Antonius Matthaeus injuriam hanc divisionem reprehendit dicens in *j. Disp. 15. §. 9.* In hac divisione videri posse inesse vitia, quasi & quaedam genera hic praetermissa sint & rursus quaedam ex his, quae numerantur otiose adjecta, cum alia aliis satis contineantur, & in §. 10. ait: Praetorias Stipulationes esse quae a merito Praetoris officio proficiuntur §. praetoriae *j. d. Divis. Stip.* & Praetorias Stipulationes dividi in
Judicia.

*Judiciales cautionales & communes. l. 1. in pr. π. d. Præf. Stip. Sed Stipulationes Rem pupilli salvam fore & de ratō sunt cautionales l. 1. §. cautionales. nec tamen prætorix §. ult. d. t. Nos vero nīl otiosi adjectum nec quicquam in l. 1. & in §. ult. j. d. t. contrarium reperi-ri existimamus. Prō nostra sententia stant *Hottom: & Bachov: ad j. tit. d. Div. Stip.* Prō contraria vero *Anton. Govia: lib. 1. var. jur. lect. c. 35.**

VII. Stipulari prohibentur ob defectum consensus furiosi prodigi infantes & similes §. 8. & 9. j. d. *Inutil: Stip. ob defectum juris deportati l. 14. §. 1. π. d. Novat. & Deleg: ob defectum sensus alicujus necessarii ut muti surdi cæteri.* Qui non prohibentur stipulari possunt. *Pupillus* pubertati infantixvè proximus sine Tutore authore obligare potest, quia pupillorum ætas favore & auxilio digna visa est, ut suis quidem rationibus & commodis per se ipsi ac sine alterius auxilio consulere possent: obligari verò in quò periculum versatur, sine tutoris qui periculum omne suscepit autoritate non possent. Authore tamen Tutore rectè dicitur obligari, nam ex quò dari potest, stipulari potest *l. ult. §. 1. D. d. V. O.* Vox & verba pupilli sunt, judicium vero & consilium Tutoris. Sine Curatoris tamen autoritate is, qui jam pubes est ex stipulatu obligatur *l. 101. π. d. V. O.* sed deceptus in integrum restituitur propter ætatem *l. 1. §. 1. d. Min:* quoties enim actus vel Contractus in alicujus favorem requirit certam formam licet eà neglectā quandoqve actus ipsò jure sit nullus, tamen si velit ille, cujus favore illa forma est introducta, debet valere *l. 7. C. d. Contrab. & comm: Stip. l. non eo minus C. d. ProC. Besold. cons. 29. n. 86. Tiraq. d. Retr. Consang. §. 1. Gl. 13. n. 25.* Non obstat *l. 3. d. In Integ: Restit:* quia non de Stipulatione loquitur, sed de Venditione & Alienatione rei à minore Curatorem habente facta, quæ alienatio ipso jure nulla est, quia minori Curatorem habenti adempta est administratio rerum, perinde ut prodigo & translata est ad Curatorem. Obligatio autem quia jus est & vinculum personæ, ideo adempta non est minori Curatorem habenti quia Curator in personam ejus nihil juris habet, sed solam rei familiaris administrationem sustinet *l. 20. π. d. Rit. Nupt.* In femina minore 25. annis verum est eam stipulari posse sine Curatoris autoritate, sed non obligari stipulanti promittendo, teste Ulpiano, qui Tutoris autoritatem esse neces-
neces-
neces-

necessariam mulieribus ait si se obligent *lib. Regularum tit. ii.* Idem-
 que subindicat *l. 7. d. Contrab. Stip.* cujus posterioris partis verba
 hæc sunt: *Cum & feminam minorem 25. annis absente Curatore sti-*
pulari posse non ambigatur. quæ à contrario argumentum præstant,
 ut non possit fæmina minor annis stipulanti promittere. Cur vero
 ait *Feminam* nisi quia marem minorem 25. annis certum est sine Cu-
 ratore suo ex stipulatione obligari posse *l. puberes D. d. V. O. Jacob.*
Cujac. §. 19. c. 33. d. Lege Latoriâ. *Servi* jus stipulandi ex personâ Do-
 minorum habent, quibus per Stipulationem acquirunt *pr. j. d. Stip.*
Serv: Servus hereditarius stipulatione jacenti acquirit hereditati, ea
 enim in plerisque defuncti personam sustinet *d. pr. j. & l. 34. d. A. R.*
D. exceptis iis quæ factum personæ sive operam desiderant ut here-
 ditatis aditio, & quæ jus personale continent ut *Usufr. l. 6. π. d. A.*
R. D. l. 26. π. d. Stip. Serv. Filiusfam: quoque stipulando patri suo
 acquirit, ut Servus Domino, hac tamen distinctione, quod Servus ex
 Domini personâ omnibus ex causis acquirat: filius vero non ex per-
 sonâ patris sed sua, quam habet liberam: emancipatus vero sibi soli
 acquirit *Perez. ad Tit. d. contrab. Stip. n. 9.*

VIII. In stipulationem veniunt *res* tam *mobiles* quàm *immo-*
biles, tam *corporales* quàm *incorporales* tam *proprie* quàm *alienæ*
pr. j. d. d. Inutil. Stipul. §. 1. j. d. Usufr. l. 51. π. d. V. O. dummodo
 dominio & usui nostro subjici queant, neque ab eò natura vel jure
 exemptæ aut prohibitæ sint. Præter res in Stipulationem quoque
facta reducuntur *possibilia* sive *natura* sive *lege* talia, impossibi-
 lium enim nulla obligatio est *l. 185. π. d. R. I.* ita ut ex turpi stipula-
 tione non detur Actio, licet honestus color quæsitus sit; Exemplum
 refert *P. Arodus rer. judicat. Lib. 5. Tit. 29.* sequens; Cajus Ve-
 sellius Varro, dum gravi morbo laboraret, trecenta millia num-
 mùm ab Octacilia Laterensi, cum quâ commercium *libidinis* habue-
 rat, expensâ sibi ferri passus est. Stipulata est Octacilia: spondit C.
 Visellius. Sed tacitè in eos actum est, ut à Varrone quàm diu vive-
 ret, ea pecunia non exigetur, sed si quid ei humanitus accidisset,
 tum demum à suis heredibus hanc summam Octacilia peteret, tan-
 quam genus quoddam legati: ita sub titulo creditæ pecuniæ testat-
 in honestâ liberalitate. Accidit ut Varro non moreretur, dolens
 igitur Octacilia quod præsentis ille suæ prædæ pecuniæque spem Var-
 ro

ro non maturasset: Varronem in jus vocat. Judex Cajus Aquilius à Præto datur: *Si pareret C. Visellium Varronem ex stipulatus trecenta millia nummum Octacilie Laterensi dare oportere.* Visellius non poterat negare se fecisse sponsonem, & ejus rei nomine cautionem emisisse, sed hoc mutui nomen quod tabulis continebatur, dicebat falsum esse, nihil enim revera sibi ab Octacilia numeratum. Cajus Aquilius Visellium liberavit inquit *Valer. Max. Lib. 8. c. 2.* Stipulatio enim quæ turpem causam expressis continet verbis ipsò jure nulla est *l. 7. §. 3. π. d. pact. l. 4. C. d. Inutil. Stipul. Sin minus, ope Exceptionis inanis fit l. pen. π. d. Cond. ob turp. caus.*

IX. Antiqua literarum obligatio nominibus fieri dicebatur nam Romæ moris fuit ut unusquisque paterfam. tabulas domi haberet, in quibus quicquid per singulos dies aut acciperet aut expenderet, ordine perscriberet. *Cic. pro Cluent:* Confecit tabulas diligentissimè. Idem pro *Q. Roscio:* jam duæ partes causæ sunt confectæ, adnumerasse se se negat, expensum tulisse non dicit, cum tabulas non recitat. Nomina quoque dicebantur articuli Debitorum quemadmodum *Asconius Verrina 3. docuit.* Hinc illud *Verr. 4.* Inspiciebamus Syraculis à Carpinatio confectas tabulas Societatis, quæ significabant multis nominibus eos homines versuram à Carpinatio fecisse, qui pecuniam Verri dedissent. Item *Verrina 7.* Pecuniam sibi esse in nominibus, numeratam in præsentia non habere. Huc facit *l. 4. D. d. pecul. l. 1. D. d. an. leg. l. Thais 41. in fin. D. d. Fidei C. Libert.* Sed tempore Justiniani nomina ulterius non erant in usu sed Romanis moribus & institutis sublatis Obligatio Scriptura contrahebatur *l. 14. C. d. non num. pec.* & orta est literarum Obligatio cujus forma est scriptura quæ hujus Contractus substantiam constituit. *Bachovius ad Tit. j. d. Lit. Oblig. & ad Treutl. Vol. 1. Disp. 20. §. 2. lit. B.* propriè loquendo nullam hujusmodi obligationem. ex literis agnoscit, quod seqq. rationibus à se liquidò demonstratum esse existimat (1.) quia Natura intentionis & Actionis, arguit qualitatem & conditionem obligationis tanquam causæ & matris *arg. l. 42. §. 2. d. Procur.* sicuti qui ex re consensu vel verbis obligatum aliquem habet, rem traditam esse, consensum esse, promissum esse intendit, eoque probato vincit: ita siquidem probatio quædam ex literis est, rectè intendetur scriptum esse, & qui scriptum esse probabit in judicio

cio vincet. Atqui nulla talis intentio & Actio jure nostro tradita aut probata est: ajo Te Mihi debere, quia scripsisti: imò in hac Obligatione de quâ quærimus, necesse habet se Creditor sive Actor fundare in numeratione *l. 3. C. d. non num: pec:* Verùm cum hæc & aliæ rationes menti Justiniani adversentur; ideo solutionem disquisitioni publicæ reservamus *Georg. Franzk. Ex. 10. q. 9. § 10.*

X. Fidejussionis vocem ex fide & jussione constare non facile quis inficiabitur estque stipulatio *l. 5. §. Satis acceptio 2. π. d. V. O.* sive sponsio *l. 2. C. d. his qu. ex publ. rat: lib. 10.* quâ quis prò Debitore aliquo citra novationem fidem suam interponendo Creditori in subsidium accessoriè in securitatem Crediti Solvendi obligatur. Quæ ratione formæ dividitur in *expresam & tacitam Bart: in l. reos pr. π. d. duob. Re. Stip: ratione personæ Debitoris* seu vis directivæ in *necessariam & voluntariam Bart. in l. de die §. tutor π. Qui satisd. cog: ratione objecti in judicialem vel extra judicialem, in civilem vel criminalem.* Originem habet Fidejussio absolute considerata ex Jure Naturali hominis seu Ratione Sociali quæ jubet proximo esse benefaciendum *l. 3. π. d. Serv. export. & commercia ad bene esse Reip. esse promovenda.* Si Fidejussio tolleretur nec mutuum, nec commercia, nec reliqua negotia humana subsisterent. Hæc vero per stipulationem definita constituitur Jure Civili Romano *l. Si hereditatem 32. D. Mand. l. 3. §. ult. D. d. Administr. rer. ad Civ. pertin: Moribus hodiernis etiam nudo consensu, quia tantum non obsolevit stipulatio & in pactum nudum degeneravit.* Omnibus igitur personis quibus est jus stipulandi iis etiam jus erit fidejubendi. Ideo prohibentur quidam *Natura* quidam *jure.* *Natura* ob impedimentum *animi* vel *corporis, animi* scil: propter defectum intellectus & consensus & hoc modo alii ex causâ merè *Physicâ* ut furiosi, amentes *l. 40. π. d. R. I. §. furiosus 8. & §. pupillus 9. j. d. inut. stip: Infantes l. 1. & 12. d. O. & A. vel ex causa morali prodigi l. is cui bonis 6. π. d. V. O. Ebrii in quibus mens exulat c. venter. distinct: 35. can. sanè 15. q. 9.* Ob vitium *corporis* illi prohibentur intercedere qui ob deficientem necessarium sensum stipulari nequeunt, quanquam hodie stipulationis necessitate cessante mutus æque ac surdus scriptis fidejubere queant, & ex quovis pacto seu fide data aliquis obligetur, ita ut non servans

vans pacta contra conscientiam laborando ædificet gehennam *Gloß.*
in c. 1. d. pact. quas Apostolus ad *Rom. 1. 31. ἀσυνέτης* h. e. eos qui
datam fidem negligunt capitaliter delinquere affirmat. Lege remo-
ventur quidam propter cultus Divini administrationem ut Clerici ne
sacra domus impeditis ministeriis damnum capiat *N. 123. c. 6. pr.* ver-
ba can: *Apostol 19.* ita se habent: Clericus qui *Fidejussores dat deponi-*
ror. vel ut *c. 1. d. Fidej.* ex Concilio Cantuariensi ait: *Clericus fi-*
dejussionibus inserviens abjiciatur text. quoque est in *c. 1. d. Ne Cler.*
vel Monach. neg. secular. se immisceant. Ab his tamen Clericis con-
suetudine multum distant Cardinales, Archiepiscopi, Episcopi, Præ-
positi, Decani, Commendatores, Canonici, Regulares, Milites Cru-
ciferi Rhodii, Melitenses, Teutonici, Joanniti & alii qui & admini-
strationem rerum secularium habent, imo pro Principibus & Stati-
bus Imperii R. G. habentur, securitati tamen suæ magis consulunt
Creditores si cum Archiepiscopo &c. contrahentes consensum capi-
tuli nanciscantur. Nec prohibentur jure fidejubere Augustanæ Con-
fessionis Ecclesiæ ministri ob honesta ipsis permisa commercia, con-
tractusque seculares ineundi facultatem *Job. Dauth. tract. d. test.*
rub. qv. Test. fac. poss. n. 185. Deinde jure prohibentur quidam ob ar-
morum tractationem nempe milites *l. 8. §. 1. π. Qu. Satisd. cog.* ne
armorum usum intermittant *l. 31. C. Locat. Cond.* nec aliis propter
cinguli militaris præsumptionem sint molesti, *l. un. C. Negot. ne mil.*
quidam propter statum ut Servi *l. Sed & si 20. π. d. Fidej.* quia fide-
jussio quæ per stipulationem fit est Juris Civilis, cujus servi sunt ex-
pertes *l. quod attinet 10. d. R. I.* hinc nec convenire, nec conveniri
possunt *l. quoties 13. π. Si quis caution:* quidam propter defectum au-
thoritatis quæ interponi debet à Tutore *l. 43. π. d. O. & A.* Item
ob sexus fragilitatem mulieres *l. 3. π. d. Fidej. t. t. π. & C. ad. SC*
Vellej.

XI. Fidejussorem maritus Uxori dotis nomine dare cogi ne-
quit *t. t. C. Ne Fidej. vel mand. dent.* ne perfidiæ causa in connu-
bio generetur. Causam indignationis marito Uxor suppeditaret si
pro conservanda dote Fidejussorem exigeret, cui tamen corpus to-
tamque suam committit vitam *arg. l. 12. C. Qu. pot. in pign. hab.*
ejus fidei bona committere diffidit, quod ægre ferens maritus fidem

servare contemneret. Ideo in *l. 1. C. Theod. de Fidejussoribus Dotium* Impp. Valent. Theod. & Arcad. A. A. A. Martiniano Com. Orientis rescripsere: *Omnium Sponsorum vel Fidejussorum deinceps in cavenda dotis sponsione, promissiones absolvimus pariter ut in l. 1. C. cod. sive ex jure sive ex consuetudine proficiscerentur.* Nempe olim ante has Theodosii M. constitutiones Fidejussores hujusmodi in usu erant, partim ex *jure veteri* scil. haecenus fermè receptò quò scil. certis casibus Fidejussores dotis restituendæ accipiebantur *l. 24. §. quoties π. Sol. matr. l. 7. π. d. Except.* partim ex Consuetudine eò ævò inolitâ, quò vix aliter matrimonia contrahebantur, propter perditos istius Seculi mores, ac nominatim post Orientis diœcesin, & Antiochiam, quæ luxu diffuebat, in viris & mulieribus, quarum luxui mariti vix sufficiebant illis maximè obnoxii, ut ex Misopogane Juliani constat p. 87. quò pertinet C. Th. Lex ad Comitem Orientis. Quâ de causa etiam *συναλλάγματα & γέμματα πει γάμος* cum maximâ cautione scribebantur, utpote cum multi per fœminas ac earum amplas Dotes ditarentur. Ex dictò duplici fonte *Juris* scil. *Veteris & Consuetudinis* Lex illa Fidejussoris à parte mariti dandi profecta fuerat. Verum omne hoc jus, omnisqve Consuetudo hæc aboletur, omniumqve adeo Fidejussorum à marito dandorum usus, & conditio, lexqve & Consuetudo antiquatur, cum nil magis reprehendendum, quam concordiae maritali lucrum esse præferendum *l. 5. C. d. Inst. & Subst.* In causâ criminali Fidejussores rectè recipiuntur si pœna pecuniaria veniat imponenda & sic si maleficium non sit atrox, tunc non solum iudicio sisti sed & iudicatum solvi imò pœnæ solvendæ causâ Fidejussor dari potest *l. grace 8. §. sed si 5. l. 56. §. fin. l. 70. §. ult. d. Fidej. & Mand. t. r. βασιλ. d. Fidejussorib. Mand. l. 3. D. Qui satisd. cog.* Prò Reo autem criminis atrocioris veluti cædis ad capitis vel corporis cruciatum obligare se Nemo potest *l. liber homo 13. π. ad L. Aqu.* Absurdum quin etiam Reip. noxium foret, Fidejussione scelere madente inquinatum pœnæ subducere velle; Si enim cervicem suam homicidæ cervici succidaneam quis præbeat, non emendabitur isto pacto Reus cædis, nec justitiæ nec dolori Cognatorum hominis occisi satisfiet. Interdum tamen capitalis criminis Reus Fidejussoribus committitur
ex

ex causa l. 6. §. 3. C. d. App. habitâ ratione circumstantiarum & qualitate personæ inspectâ l. 1. 2. D. d. Custod. & Exh. Re: Sub exilii pœna fidejubere quis potest prô Reo, quia exilium non est pœna corporalis, sed fortunas potius & domicilii mutationem respicit, publicationevè bonorum sublatâ N. 134. c. ult. non ulterius fame, non siti vexantur, sed bibere possunt ab octavâ & frui Diis iratis. Wisf. π. Diss. 27. θ. 3. & 4. Disf. Gædd. tr. d. Contrab. Stip. c. 6. n. 416.

XII. Jure Veteri Creditor Electionem habebat vel Reum principalem vel ipsum statim Fidejusforem non excusô prius principali Debitore conveniendi l. 48. l. 56. π. Mand. l. 3. 5. 19. C. d. Fidej. Rittersh. in Exposit. Nov. p. 3. c. 2. n. 18. Hujus juris duritiem corrigendo & Fidejusforum miseræ benignè subveniendo certa quædam Imperator Justinianus indulgit beneficia & certis remediis prospexit. Hujusmodi remedium habetur in N. 4. c. 1. cujus Constitutionis summa comprehensa est in Auth. presente C. d. t. ubi Imperator Jus antiquum hoc Creditoribus ademit & ipsum prius debitorem sive Reum principalem conveniendum esse statuit, an videlicet consequendi ab eô debiti spes aliqua supersit, quam Fidejusfores excutiantur. t. t. Βασιλ. ut Cred. prius conveniant Re. princip. & secundo loco si hi solvendo non sint Mandatores vel pecuniæ constitutæ reos & Fidej. Nimis enim durum atque inhumanum videbatur eos ante Reum principalem statim excuti ac experiri vetus illud: *Sponde noxa præsto est*, Rittersh. in Expos. nov. p. 3. c. 2. n. 19. cum alias, si ipse principalis debitor solvendo non sit, Fidejusfores jacturam patiantur & hac ratione amicitiae officium quod Debitori fidejubendo prô eô præstiterunt ipsis eveniat damnosum contra l. 61. §. 5. π. d. Furt. l. 7. quemadm. Test. ap. l. 29. π. Ex quib. caus. maj. Deinde quia hoc ipsum tacitè inter Fidejusforem & Creditorem actum esse videtur, ut non ante solvat, quàm si Debitoris bona prius excussa, & ipse solvendo non fuerit adeoqve in subsidium demum teneatur, quod *beneficium Excussonis seu Ordinis* vocatur, cui, nisi Fidejusfor renunciaverit confidere poterit quasi clypeo adversus Creditorum importunitatem, ut nil Creditoris impetio ipsi noceat antè, quam principalis excusus Gail. 2. obs. 27. Quid autem si
plures

plures Fidejussores dati fuerint in solidum & unus saltem ex illis
 conveniatur an prò toto vel integra summa? vel an prò parte te-
 neatur Dubium est? Sed hoc dubium distinctione tollitur. Aut e-
 nim *litis contestatae* tempore omnes *solvendo* existunt & tum Cre-
 ditor à singulis partes petere compellitur *l. 28. π. d. t.* aut existunt
non solvendo & tum cæteri deficientium portiones æquali onere su-
 stinere & supplere cogentur *§. 4 j. d. t.* Si verò lite jam contestatâ
 & Actione divisâ, si postea fortunæ lubricò bonis eorum aliquis la-
 batur, periculum & damnum solius Creditoris est neqve talis super-
 veniens inopia cæteros confidejussores gravabit *l. 51. §. pen. π. eod.*
 Quod si dubitet Creditor an *litis contestatae* tempore, omnes fide-
 jussores ad solvendum idonei sint, unumqve ex illis, qui cæteris est
 locupletior, ad citiùs consequendum debitum suum eligat, & is Exce-
 ptionem ex Epistola D. Hadriani objiciat cæterosqve confidejus-
 sores æqve prò suâ quemlibet parte solvendo esse asserat, Creditor
 verò id neget, tum probationis necessitas incumbit Creditori, quili-
 bet namqve intentionis suæ fundamentum probare debet etiamsi
 se in negativâ fundet *Gail. l. 1. d. P. P. c. 18. n. 14.* Indultum quoq;
 est Fidejussoribus *Beneficium cedendarum Actionum*, quo Creditor
 Fidejussori solidum solvere parato, suas Actiones adversus princi-
 palem & Fidejussores cedere tenetur ad repetendum illud quod prò
 aliis solvit *l. 17. l. 36. l. 41. §. 1. d. t. l. 95. §. 10. π. d. Solut. Nov. 4.*
c. 1. in fin. Anton. Hering. tr. d. Fidej. p. 3. c. 27. n. 33. & seqq. Du-
 bium vero non est quin Fidejussores enumeratis prò se & in ipso-
 rum favorem introductis beneficiis renunciare queant; quod Lex in-
 quit *Cic 2. in Verr. mea causa Mihi dat, eò Mihi uti non licebit?*
hoc si non utor, non Tibi injuriam facio, sed de meo, juri & com-
modo aliquid detraho. Et Plin. in Paneg. Trajan. hanc esse bene-
ficioꝝ principalem summam, si illis & non uti liceat. Quo
modò vero hæc renunciatio fieri debeat docet Berlich.

p. 2. concl. 22. Toming. Decis. q. 1.
Hering. d. l.

(S) : (O) : (S)

Kc 3004

ULB Halle


3

003 757 714



Bitte nach Ausleihe an
Frau Richter. 1
Sammelbd. ? oder
Inhaltliche Werte ?


von 125



B.I.G.

Farbkarte #13

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black



16

N. J.
 ATIO XVI.
ETARUM
SIUM
RTI & CON-
VERSI
 & seqq. usqve ad 22.
 C. Just. Theod. Libb:
 respondentibus.
Quam
ESIDE
E CHRISTO-
O Volk /
 P. P. Ordin.
IUS Behrendt /
 erb. Prusf.
NDENS
 defendet
ORIO MAJORI
 oc. LXXXI.

OMONTI,
EUSNERIANO,

